

Gabrielem in suis communibus, titul. de verborum significacione, conclusio 5. Clarus s. fundum, quæst. 9. de quo infra num. 14. vide omnino Hermostillam in leg. 7. titul. 4. gloss. 5. ex num. 1. part. 11. 5.

9 N. 8. ibi: Quinta conclusio, &c. Quod incertitudo ex parte debitoris in ultimis voluntatibus non vitiet dispositionem, quia hæres intelligitur gravatus, ut hic resolvitur, comprobatur ex doctrina Peralta, Sarmiento, & Joannis Matienzo, relata supra, in quarta conclusio, nec non ex adductis supra, tom. 1. cap. ultimo, in additione ad num. 45. ut & advertit Suarez à Ribeira hic lit. F.

Ibi: Sexta conclusio, &c.

Incertitudo circa personam hæredis, vel legatarii, vitiat dispositionem: ita Costa in cap. si pater, de testamentis, 1. part. verb. Pauperis, num. 1. Gurtierrez de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 64. ex num. 1. Mantica de concessuris ultimarum voluntatum, lib. 8. titul. 4. num. 1. & 20. & de tacitis conventionibus, lib. 12. titul. 12. num. 2. Molina de justitia, disputatione 197. num. 1. Spino in speculo testamentorum gloss. 10. principali, ex num. 5. Pichardus in § incertis, Institut. de legatis, ex num. 1. Lara de Anniversariis & Capellanis, lib. 1. cap. 10. num. 1. qui alios plurimos referunt: & vide Azevedum leg. 5. titul. 4. lib. 5. Recopilacionis, ex num. 12. & Salgado in labyrintho, parte 2. cap. 9. num. 9.

Ibi: Oitava conclusio, &c.

Quod incertitudo favore pauperum non vitiet relictum, ut resolvit Gomezius, docent plures relati à Tiraquello, de privileg. pia causa, privileg. 56 per totam, Mantica de concessuris ultimarum voluntatum, lib. 8. titul. 5. per totum, Costa in cap. si pater, verb. Pauperes, num. 1. 5. & sequentibus, Menochius de presumptionibus, lib. 4. presumptione 125 per totam, ubi latè explicat; Gurtierrez de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 64. num. 10. & sequentibus, Benedictus Egidius in l. 1. C. de Sacrosanctis Ecclesiis, in initio prima partis ex num. 34. usque ad finem. Lara de Anniversariis, lib. 1. cap. 10. num. 73 & 84. Matienzo Junior in repetitioe § incertis, Institut. de legatis, num. 15. & 58. & sequentibus, ubi etiam agitur de legato libertatis, Cancercius variarum 1. part. cap. 8. num. 204. ubi quod non potest unis tantum eligi; & alios plurimos referens Augustinus Barbosa in Collectanea ad leg. id quod pauperibus, Cod. de Episcopis, & Clericis, ubi num. 3. agit utrum generalis pauperum institutio, quos Titius voluerit, valida sit; & Partem affirmativam tenet cum aliis, quando sola electio, vel declaratio voluntatis committitur ulterius arbitrio, juxta resolutionem quam tenuit in tract. de jure Eccles. l. 30. 27. num. 71.

Qui autem dicantur pauperes? explicat ipse Barbosa in tractatu de appellativis, appellacione 192.

Ibi: Nona conclusio, &c.

Quod incertitudo in iis, quæ in pondere, numero, vel mensura consistunt, vitiet dispositionem tam in contractibus, quam ultimis voluntatibus, ita docent latissime Franciscus Ripa in leg. in stipulatus, Digest. de verborum obligationibus, ex num. 17. ubi sex limitationes adducit Tiraquellus de privilegiis pia causa, privileg. 55. in principio, Pichardus bene declarans. In principio Institut. de verborum obligationibus, num. 18. & 19. quem omnino videas: quod limitari debet præterquam in pia causa, ut tradunt Ripa, &

Tiraquellus ibi, Gurtierrez de juramento confirmatorio, dicto cap. 64. num. 7. & 9. Spino in speculo gloss. 10. num. 15. Mantica de tacitis conventionibus, lib. 12. titul. 12. n. 7. Lara de Anniversariis, lib. 1. dicto cap. 10. num. 98. & 99. vide latè Barbof. in l. 1. ff. soluto matrimonio 3. part. ex. n. 45.

Ad num. 9. ibi: Undecima conclusio, &c.

Ad materiam hujus conclusionis, & sequentium, videnda sunt, quæ diximus supra, tom. 1. cap. cap. 1. 2. num. 35. per totum, in eadem repetamus; & vide Fachineum lib. 12. controversiarum cap. 37.

Ad numerum 10. ibi: Secus tamen est de jure Canonico, &c.

Incertitudinem non vitare contractum, vel dispositionem de jure Canonico, ut hic resolvitur, docent plures relati à Peralta in l. 1. ff. de legatis secundò, num. 19. & sequentibus, Gurtierrez de juramento confirmatorio, 1. part. capite 64. num. 6. & 7. ubi ait, posse attestari quod hodie etiam in foro civili sit servanda hæc doctrina, ex dispositione text. in l. 2. titul. 16. lib. 5. Recopilacionis, quod etiam testatur, Parladorus quotidianam lib. 2. cap. 3. n. 31. & Azevedus in dict. l. 2. num. 5. & 6. Augustinus Barbosa axiomate, 119. num. 5. Gratianus disceptationum, cap. 534. num. 16. Sed contrarium, imò nec de requiritate canonica, nec ne jure Regio dictam resolutionem procedere posse, probat Sarmiento in leg. quidam in testamento, ff. de legatis secundò, num. 13. & novissimè eum referens Carpio in tractatu de executoribus, & commissariis testamenti, lib. 1. cap. 16. num. 54. & sequentibus.

Ad numerum 11. ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Meliorationem factam simpliciter sine expressione Tertii, vel Quinti, valet in Tertio, & Quinto, resolvit Gomezius; & comprobatur ex communi Doctorum resolutione, docentium incertitudinem non nocere quando aliunde certificanda venit, ut probant Bartolus in leg. quidam relegatus, Digest. de rebus dubiis, & ibi communiter Doctores, Alciatus respons. 551. num. 1. Surdus decis. 338. num. 12. Benedictus Egid. in leg. 1. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, in initio prima partis num. 32. Spino de testamentis, gloss. 10. num. 13. & Pichardus in § incertis, Institut. de legatis, vers. Et inter alias. Et sic cum decimam habeamus per textum in leg. 10. titul. 6. lib. 5. Recopilacionis, quod donatio simpliciter facta filio; intelligitur melioratio Tertii, & Quinti, ut constat ex illis verbis? Si el padre, ó la madre en testamento, ó en otra qualquier ultima voluntad, ó por oro alguno, contrato entre vivos, hizieren alguna donacion à alguno de sus hijos ó descendientes, aunque no digan que lo mejoran en el Tercio, y en el Quinto, en entenderse que la mejora en el Tercio, y Quinto de sus bienes; sic consequens, meliorationem simpliciter factam intelligendam esse in Tertio, & Quinto, ut bene advertit Gomezius in presenti, & docent Matienzo, & ceteri Regnicolæ in dicta leg. 10. & Angulo ibi gloss. 1. & in specie Gurtierrez lib. 1. quæst. 63. num. 1. ubi laudat Gomezium in presenti.

Ad num. 12. ibi: In quo articulo magistratiter, & resolutivè dico, &c.

Contractum purè celebratum, & ejus obligationem, & actionem transire ad hæreses tam activè, quam passivè, resolvit Gomezius, ut videtur, & idem comprobant communiter Doctores eo, quod quando aliquid promittitur alicui, hæredi quoque ejus videtur promissam, ut constat ex Cardinali Tufcho littera H. conclusioe Gomez. Variarum Resol. Tom. II.

sine 75. per totam, qui latissimè ampliat, & limitat; Fachineo in consil. 66. num. 13. lib. 1. Tello Fernandez in l. 2. Tauri, num. 19. & 20. Menochio lib. 3. presumptione 47. ubi ampliat, & limitat; Caldas in leg. 1. curatorem, §. sua facilitate, num. 68. & Noguerol. allegacione 4. ex num. 12. Cancercius 2. part. cap. 8. num. 119. & cap. 3. n. 92. Marienzo in l. 6. titul. 6. gloss. 3. num. 3. & gloss. 4. num. 4. apud quos videbis extensiones nostri Gomezii, & maximè apud Tufchum supra, & Antonium Gabrielem titulo de verborum significacione, conclus. 5. vide etiam quæ diximus supra, tom. 1. cap. 9. de transmissione hæred. 53. & Larream decis. Granatens. 33. n. 41. 85. & seqq.

15 Ad numerum 13. ibi: Sed teneo contractum, &c.

Stante dictione taxativa, contractum, vel ejus obligationem non transire ad hæreses tam activè quam passivè, ut hic resolvitur, docent plures relati ab Antonio Gabriele in titulo de verborum obligationibus, dicta conclusioe 5. num. 1. ubi num. 2. plures pro contraria parte adducit, & tandem, n. 3. distinctione scelerè questionem resolvit, quæ in effectu contraria non est nostro Gomezio, cum eaque transit Tufchus littera H. dicta conclus. 75. n. 33. vide Menochium lib. 3. presumptione 47. num. 9. & consil. 801.

Ibi: Secundò extende, &c.

Etiam in obligationibus facti dictam resolutionem procedere, nempe quod transeat ad hæreses, si factum æque commode per eos potest explicari, ut hic resolvitur, docent etiam Tufchas supra dict. conclus. 75. & Castillo lib. 4. controversiarum, cap. 60. num. 46. & alii supra citati; præterquam si industria persone fuerit electa, tunc enim ad hæreses transire non potest, ut docent Lucas de Penna in leg. per hanc, Cod. de erogacione in literis anonice, lib. 12. Tiraquellus de privilegiis pia causa, privileg. 31. in principio, Zifuentes in leg. 31. Tauri, num. 5. & ibi Gomez Arria, n. 6. nolter Gomezius n. final. Tello Fernandez n. 4. Angulo de meliorationibus, l. 4. titul. 6. lib. 5. gloss. 2. num. 12. qui omnes in executoribus ultimarum voluntatum loquuntur, in quibus industria eligitur, & consideratur; & generaliter Tufchus littera l. concl. 105. & 106. Gratianus in regul. 235. de quo etiam alibi diximus, & latè exornat Carpio in tractatu de executoribus, & commissariis testamenti, l. 3. c. 7. per totum.

15 Ad num. 14. ibi: Et breviter dico, &c.

Facta mentione hæredum in aliquo contractu, si contractus, vel dispositio est super re transitoria ad hæreses omnes comprehenduntur in infinitum; si verò est super re non transitoria ad hæreses, tunc mentio hæredis intelligitur de primo: ita Gomezius in presenti, & docent in latissime Tufchus littera H. conclus. 74. per totam, & littera V. conclus. 326. num. 7. Gurtierrez de juramento, 1. part. cap. 48. n. 8. & 9. Tiraquellus de retractu conventionali, §. 1. gloss. 6. num. 21. Mantica de concessuris ultimarum voluntatum, lib. 8. titul. 14. num. 21. ubi ampliat, ut procedat, si ve in numero plurali, si ve in singulari si ve mentio hæredis; Præter de interpretatione ultimarum voluntatum, fo. 198. ex num. 21. Peregrinus de fidei commissis, art. 31. ex n. 60. & omnium latissime Fularius in tractatu de substitutionibus, quæst. 341. Menochius de presumptionibus, lib. 4. presump. 130. Castillo de usufructu, cap. 61. quæst. per totam, maximè ex num. 24. ubi etiam latè agit de Anton. Gomez. Variarum Resol. Tom. II.

annuo legato, & de interpretatione text. in leg. antiquitas, Cod. de usufructu, & leg. in animalibus, Cod. de legat. de quibus hic nolter Gomezius, & novissimè Augustinus Barbosa in tractatu de appellativis, verb. Hæres, ex num. 32. ubi quatuor limitationes ad supradictam resolutionem adducit, quas latius prosequitur Fularius in dict. quæst. 343. quem omnino videas, & Joannem Gratianum in regul. 392. & Barbofam in leg. quia tale, Digest. soluto matrimonio num. 35. ubi de interpretatione dict. leg. antiquitas, Cod. de usufructu, Theaurum questionum forensium, lib. 3. quæst. 110. vide etiam Cancercium variarum 3. part. cap. 20. ex num. 48. latè, & cap. 21. ex num. 345. & Pichardum in §. & quid sit tantum, cap. 7. num. 147. in repetitioe l. Gallus, & vide infra c. 15. num. 19.

Ad num. 15. ibi: In subtili articulo, &c.

Creditorum non posse stipulari, vel acquirere uni hæredum totam obligationem, sed tantum pro sua parte hæreditaria, præterquam in individuis, resolvit Gomezius hic, & tenent Donellus, & Osualdus ad eum lib. 1. cap. 17. littera H. licet in aliquo dissentiant, Tufchus littera H. conclusioe 71. per totam, & alii infra referendi, de quo etiam Soufa in titulo de pactis, art. 9. quæst. 1. ex num. 19. quod limitat nolter Gomezius de jure Regio, ex cujus dispositione potest quis alteri stipulari, ut probari allicit in l. 2. titul. 16. lib. 5. Recopilacionis, & nominatim docent Covarruvias de pactis, 1. parte, §. 4. num. 10. & 11. Gregorius Lopez in l. 7. titul. 11. part. 5. Gurtierrez in leg. unica, Cod. quando non petentium partes, Matienzo in dict. l. 2. gloss. 5. num. 6. à quibus tamen dissentit Thomas Sanchez de Matrimonio, lib. 1. dispons. 7. num. 28. ut per eum videri potest, de quo alibi manet dictum, vide supra cap. 10. num. 4.

Ibi: Item etiam juxta prædicta quæro, &c.

De jure communi & etiam Regio per viam contractus neminem posse gravare unum ex hæredibus, ut totum debitum solvat, docet Gomezius in presenti, eandemque resolutionem comprobant latissime Tufchus littera H. conclusioe 72. per totam. Surdus decis. 90. per totam, ubi num. 8. limitat præterquam in causa dotis, Oualdus ad D. nullum lib. 7. cap. 11. Parladorus lib. 2. cap. final. 4. part. §. 1. ubi ampliat, etiam si aliquis ex hæredibus efficiatur non solvendo, Cevallos quæst. 76. per totum, ubi etiam num. 13. probat quod nec ex contractu, nec ex testamento, potest effici, ut creditor invitus unum ex hæredibus in solidum conveniat; latè disputat. Per totam, questionem, quid si unus ex hæredibus possideat rem hypothecatam, emphyteuticam, vel censui suppositam? Morla in empirio, titul. 11. quæst. 8. num. 6. ubi etiam addit quod si unus ex hæredibus solvat partem debiti pro sua portione hæreditaria, & pignus possideat, adhuc potest conveniri hypothecaria, ut pignus dimittat, vel residuum solvat; & quod hæres qui pro sua parte solvat non potest petere, ut res pignori obligata ei adjudicetur in divisione hæreditatis, ad hoc ut libera maneat ex leg. 1. Codice de litione pignoris, Gratianus disceptationum, c. 16. ex n. 6. ubi numeris sequentibus agit etiam de hypothecaria, & de causa dotis? & num. 16. agit de annuis redditibus, & an pro eis possit unus ex hæredibus in solidum conveniri, de quo Rodriguez in tractatu de redditibus, lib. 1. quæstioe 4. numero 34. & libro 2. quæstioe 9. ex numero 61. Pichardus in mandatione, parte 2. præcept. 1. ex num. 3. ubi etiam

de hypothecaria, & vide supra, cap. 10.

Diſtam vero reſolutionem non procedere in ultimis voluntariis, in quibus ſi quis gravet unam ex hereditibus ut debitum ſolvat, ceteris prælegatum facere intelligitur, reſolvit Gomezius, & notum eſt in jure: prælegatum enim, & melioratio etiam tacite ex conjecturis inducitur; & conſtat ex Gutierrez lib. 2. q. 63. Morquecho de diſpoſitione bonorum lib. 3. cap. 3. & aliis.

17 Ad num. 16 ibi: In quo articulo ſit vera, & reſolutiva conſuſio, &c.

Tot eſſe contractus, quot res in ipſo contractu deductas reſolvit Gomezius, & docent Mantica de tactis conventionibus, lib. 2. tit. 3. ex n. 12. Tiraquellus de retractu lignag. §. 2. ex num. 20. gloſ. Sarmiento lib. 8. ſectarum, in leg. quot es, digeſt. de legatis ſecundo Caſtillo in leg. 71. Tauri, Tulchus littera C. conſuſione 1004. per totam, ubi bene diſtinguit; & littera V. conſuſione 61. Matienzo in l. 7. gloſ. 7. ex num. 26. tit. 11. lib. 5. Recopilationis. D. Larrea deciſ. 74. num. 15. Cancercius variarum 1. part. cap. 13. num. 16. Azevedus in l. 10. eodem tit. ex quibus, ex noſtro Gomezio eam doctrinam & reſolutionem ſumere debet, quod in ſtipulationibus, legatis, donationibus, & reliquis contractibus qui ſine pretio celebrantur, tot ſunt contractus quot res, ex juriſdictione per Gomezium; in venditionibus autem, ubi pretium intervenit, diverſa pretia requiruntur, ut ſint diverſi contractus, & ita declarat Gomezius hoc eodem n. circa finem, vide etiam Barboſam in l. 8. §. ſin. 2. parte, digeſt. ſoluto matrimonio, ex num. 42. & Salgado in labyrintho, part. 2. cap. 11. ex num. 22. & de proteſt. 3. part. cap. 10. ex num. 127. ubi etiam quod apprehenſa poſſeſſione in una re, cenſetur apprehenſa in alia, poſt Guzman in tractatu de eviſionibus quaſt. 45. ubi docent, quod licet ſint diverſi contractus, damnum unius compenſatur cum utilitate alterius, & excluditur, remedium l. 2. Cod. de reſcindenda, & ſimiliter non habet locum ſeparatio, ſi venditor non venderet unam ſine alia, de quo ſupra cap. 2. n. 50. Vide etiam Soulam tit. de pactis, art. 8. quaſt. 1. num. 12.

Ibi: Secundo confirmatur, &c.

Sententiam continentem plura capitula pro pluribus judicari, ut reſolvit Gomezius, docent, & probant Tulchus littera C. conſuſione 60. & littera A. conſuſione 366. & littera S. conſuſione 164. & 165. Rebuffus 1. tom. conſtitutionum, tit. de ſententiis proviſionalibus, articulo 2. gloſ. 4. in ſin. Barboſa in Colleſtanea, cap. 12. de converſione conjugat. n. 5. Cancercius variarum 3. part. cap. 17. ex num. 63. Oroſcius in leg. finali, digeſt. de juriſdictione omnium judicium, n. ſin. Gregorius in l. 4. tit. 16. part. 3. in verb. Demas: Azevedus in l. 7. tit. 18. lib. 4. Recopilationis, n. 32. & in Curia Piſana, lib. 4. cap. 6. n. 21. & ſequentibus. Salgado de proteſtione Regia, 3. part. cap. 15. ex num. 1. Paz. in praxi, tom. 1. part. 6. cap. 3. num. 16. Villadiego in Politica, cap. 4. n. 95. Bolanus in Curia Philippiæ, 5. part. §. 6. n. 1. qui omnes tenent, appellationem interponendam eſſe ad conſilium civitatis, ſi ſententiam continet diverſa capitula, quorum ſingula non excedant ſummam viginti milium marapedinorum, hodie triginta mille ex noviffima pragmatice, quam adducit Narbona in l. 18. tit. 1. lib. 4. Recopilationis, gloſ. 1. num. 6. Bobadilla in Politica, lib. 3. cap. 8. num. 222. & ſequentibus, qui & Villadiego ibi ſubrà docent, quod etiam ſi ſententia continet plura capitula, ſi tamen ea propo-

nantur ſub uno contextu verborum, & una ſententia per unam, vel diverſas perſonas, & cauſas, non poterit appellari ad conſilium; & an e contra Summa debeant coarctari ut locum habeat aliqua appellatio? vide Salgadam de proteſtione: 2. part. c. 7. n. 69. & ſequentibus. & Cancercium ſupra.

Ex qua reſolutione inferit Cavallos tom. 5. de cognitione per viam violentiam, quaſt. 147. quod Judex Eccleſiaſticus appellations facit vim, ſi inhibeat Judici a quo ſuper tota cauſa, quando tantum fuit appellatum ab uno articulo, ſeu capitulo ſententia.

Ibi: Tertius effectus eſt, &c.

Quod appellations effectus communis eſt utrique parti, & quod altera pars poſſit le juvare appellations ab altera parte interpoſita ſuper eodem capitulo, ut altero ei annexo, ut hic reſolvit Gomezius, docet Tulchus littera A. conſ. 363. ex n. 9. & plures referens Cavallos in diſto tractatu de cognitione per viam violentiam, quaſt. 260 ubi n. 3. probat, quod ſi pars appellata, fuit citata ut compareat coram Judice appellations, jam per hoc videtur ei jus quaeritum, ut non poſſit appellans renunciare appellations; cum videas, & Azevedus in l. 3. tit. 8. lib. 4. Recopilationis, ex n. 54. & Salgadam de proteſtione Regia, 3. part. cap. 15. num. 19. & ſeqq. n. 38. & ſeqq. ubi declarat.

Et addit, quod ſi minor in una ex pluribus rebus quas vendidit, vel emit, laſionem patiantur, in ea tantum reſtitutio ei conceditur; ut explicat Caldas in leg. ſi curatorem, verb. Leſis, num. 79. Item circa eviſionem contingentem in una ex pluribus rebus empiis, vide omnino Guzman in tractatu de eviſionibus, quaſt. 45. per totam, & Hermoſillam in l. 3. tit. 5. part. 5. gloſ. 1. ex n. 14. ubi etiam agit de eviſione parti rei.

Ad numerum 17 ibi: In quo articulo reſolutivè dico, &c.

Solemnitatem intrinſecam formalem præſumit intervenire in quolibet acta, non verò ſolemnitatem extrinſecam, niſi ex diuturni temporis lapſu, ut hic reſolvitur, docent Tulchus littera S. conſ. 319. & ſeqq. uſque ad 333. latiffime materiam proſequitur, amplians, limitans, & declarat omnes illationes, quas hic recenſet noſter Gomezius; Mantica de tactis convent. l. 1. tit. 14. n. 11. & lib. 2. tit. 6. n. 19. ubi docet quod ex verbis enunciativis Notarii in contractibus ſiſcalibus ſolemnitas præſumatur; & lib. 4. tit. ſep. imo. n. 15. ubi quod ex diuturnitate temporis præſumitur præceſſiſſe ſolemnitatem in diſtrahendis rebus Eccleſie neceſſariam; & lib. 7. tit. 1. n. 10. ubi quod ſolemnitas extrinſeca præſumitur ex diuturnitate temporis in extrajudicialibus, ſecus in judicialibus; & num. 10. hoc declarat: & tit. 12. num. 8. & lib. 22. n. 23. & 24. & lib. 15. tit. 6. num. 27. & ſequentibus, Suarez in tit. de debitis, num. 24. ubi late examinat an ex diuturnitate temporis præſumatur licentia mariti in contracta uxoris? ubi Val leſius plures refert, Menochius lib. 2. præſumptione 75. & lib. 3. præſumptio 152. per totam, ubi declarat quæ ſolemnitas dicatur intrinſeca, & quæ extrinſeca & materiam hujus numeri latiffimè explicat Barboſa in Colleſtanea 4. capit. 4. de emptione, & venditione ubi de tempore requiſito: & in cap. 6. num. 6. de his que ſunt à Prælatiſ; & in cap. 2. de tranſactione. Hermoſilla in l. 4. tit. 5. part. 5. gloſ. 6. ubi late diſponat, an ex interpoſitione decreti Judici præſumatur ceteras ſolemnitates præceſſiſſe: ex num. 21. Flores de Mea variarum quaſt. 23.

23. num. 30. Caſtillo plures referens in tractatu uſurarii, cap. 54. ex num. 26. ubi etiam agit au licentia Regis, quæ requiritur ad alienationem terrarum, & terminorum, de quibus in l. 11. tit. 7. lib. 7. nova Recopilationis, ex temporis diuturnitate interveniſſe præſumatur? Pichardus in §. ſi ſcriptum, Inſtitut. de inutilibus ſtipulationibus, quaſt. per totum, ubi probatur quod ſi in inſtrumento ſcriptum reperitur, aliquem promiſiſſe, efficaſ ſtipulatio ſemper præſumitur, & num. 1. plures refert D. Joſeph. Vela diſſertatione 9. num. 48. Amaya in leg. 1. Codicæ de fide, & jure haſta ſiſcaliſ, ex num. 13.

Ibi: Adde tamen circa prædicta, &c.

Venditionem non probari ſufficienter, ſi inſtrumentum vel teſtes referant eam ſine certo pretio, docet Gomezius hic, & idem probat latiffimè Macardus de probationibus, conſuſione 1408. Sed contrarium verius putat Pichardus in §. præſum. Inſtitut. de emptione, & venditione, n. 12. Ibi: Item adde quod ſolemnitas, &c.

Vide Pichardum omnino in §. ſi ſcriptum, Inſtitut. de inutilibus ſtipulationibus, ex num. nono.

Ibi: Quarto inferunt, &c.

Addit Azevedum in Curia Piſana lib. 1. c. 12. in fine, qui alios refert. Ad numerum 18. ibi: In quo articulo reſolutivè dico, &c.

Stipulationem alteri factam non valere reſolvit Gomezius in præſenti, ex noſſimis juris principiis; præterquam in certis caſibus, quos refert: & ita docent Conanus lib. commentariorum, cap. 4. num. 10. Antonius Gabriel tit. de verborum obligationibus, conſuſione 1. Covarruvias in cap. quavis pactum, 2. part. §. 4. ex num. 1. Ofualdus ad Donellum lib. 11. capite 17. littera E. & X. Menchaca de ſucceſſion. creatione, lib. 3. §. 50. ex num. 28. Gutierrez de juramento confirmatorio, lib. 1. cap. 56. Matienzo in l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilationis, gloſ. 2. Azevedus ibid. num. 50. & ſequentibus, Cajacius & reliqui in leg. ſtipulatio iſta, §. alteri digeſt. de verborum obligationibus: Pater Thomas Sanchez de Matrimonio, lib. 1. diſputatione 7. ubi latiffimè exornat omnes caſus à noſtro Gomezio conſideratos, in quibus valet ſtipulatio alteri facta poſt Molinam de juſtiſia, diſputatione 264. per totam, & quid dicendum de jure Canonico, & in foro ſcientiæ; ipſe Thomas Sanchez ibid. omnino videndus, Valdes ad Suarez in leg. poſt rem judicatam, notabile 13. & leg. quoniam in prioribus in declaratione leg. Regni, verſ. Octavo quaſitur: num. 8. Surdus de Alimentis, tit. 8. quaſt. 75. ubi quid in cauſa alimentorum? Cancercius variarum parte 2. cap. 1. num. 137. & ſequentibus, ubi etiam quid de jure Canonico? Cavallos quaſt. 54. & 526. ubi quinque limitationes adducit ad prædictam reſolutionem, Gutierrez lib. 4. quaſt. 59. ex num. 22. Pichardus in §. alteri, Inſtitut. de inutilibus ſtipulationibus; ubi per totum §. latiffimè hanc reſolutionem explicat: & quid ſi prena adjecta fuerit prædictæ ſtipulationi? & num. 10. probat quod potest quis ſtipulati alteri ſi ſua intereſt; hoc autem intereſt non affectionis, ſed pecuniarii non debere eſſe: & in §. procurator, Inſtitut. de iſ. ex quos agere poſſumus, num. 59 lib. 4. ubi de procuratoriſ ſtipulatione, & vide Fachinam lib. 8. controverſiarum, capite 91. ubi de ſtipulatione Notarii, de qua etiam Cancercius 1. part. cap. 8. num. 48. om. ino videndus.

Ibi: Hodie tamen de jure Regio, &c. De jure Regio quemlibet alteri ſtipulari poſſe, & ex hujusmodi ſtipulatione actionem directam

illi Tertio acquiri, ut reſolvit Gomezius, docent Covarruvias in diſt. cap. quavis pactum, §. 4. 2. part. num. 10. Gutierrez in diſt. quaſt. 59. num. 24. ubi num. 26. ait, quod ex jure Regio in l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilationis, quaeritur etiam illi Tertio abſenti jus exequendi, ſi contractus in inſtrumento publico fuerit celebratus, & in tractatu de tutelis, 2. part. cap. 17. num. 14. Ma ienzo, & Azevedus in eadem l. 2. qui alios referunt Cavallos in diſt. quaſt. 526. num. 2. & a ii communiter, ſed à prædicta opinione recedit Thomas Sanchez in diſt. diſputatione 7. num. 28. ubi docet talem ſtipulationem ante abſentis acceptationem nihil operari, de quo vide quæ diximus ſupra, cap. 4. num. 3. & 4. & Salgadam in labyrintho, parte ſecunda, cap. 26. ex num. 14. & 54. & ſequentibus, ubi late exornat.

Ad num. 19. ibi: Dubium tamen eſt, &c.

Stipulantem copulativè ſibi, & extraneo, ſibi tantum acquirere pro medietate, in alia verò inutilem eſſe ſtipulationem de jure communis; ſecus verò de jure Regio, ut hic reſolvitur, comprobari facile poſſet ex ad ſuſtis numero præcedentiſ, & quia per extraneam perſonam acquiri nobis nihil poſteſt, ut docent Menchaca uſuſque ſequent. lib. 3. cap. 58. Antonius Gabriel tit. de verborum obligationibus, conſuſione 1. Conanus lib. 6. commentariorum, cap. 4. Matienzo l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilationis, Gutierrez lib. 3. quaſt. 98. num. 9. Barboſa in l. Cajus, digeſt. ſoluto matrimonio, ex num. 17. & in ſpecie Pichardus omnino videndus in §. quod ſi quis, Inſtitut. de inutilibus ſtipulari, ubi bene explicat dictam reſolutionem, & an in hoc cauſa poſſit habere locum jus accreſcendi: quod concedit in bonæ fidei contractibus, non in aliis, de quo etiam Parladorus lib. 2. quotidianarum, cap. 3. num. 19. Ofualdus ad Donellum l. 7. c. 12. notariſ littera L.

Ad numerum 20. ibi: In quo articulo reſolutivè dico, &c.

Quod promiſſio facta Titio præſenti, aut Scio 11 abſenti, non valet in perſona Scii, ut hic reſolvitur, docent Duarenus ad tit. digeſt. de ſtationibus, cap. 5. Matienzo in l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilationis, gloſ. 5. num. 8. & 9. ubi laudat noſtrum Gomezium hic, & ejus limitationes, & extensiones comprobant, prout etiam facit Azevedus ibid. ex num. 37. ubi etiam ſequitur, & laudat eandem reſolutionem, nec non declarationem Villalobos in antinomis littera A. num. 20. nempe quod quando conſtat, Tertium illum non eſſe adjectum obligationi, ſed tantum ſolutioni, veluti ſi illud, quod promittitur erat tantum debitum ſtipulanti tunc omni jure cenſebitur adjectus ad ſolutionem, & non aliud, Barboſa in leg. quia tale, digeſt. ſoluto matrimonio, num. 77. & in leg. Caius, ex num. 17. Ofualdus ad Donellum lib. 10. cap. 18. littera A. Mantica de tactis conventionibus, lib. 4. tit. 28. n. 19. Pichardus late explicans in §. planè, Inſtitut. de inutilibus ſtipulari, per totum, & Gutierrez lib. 3. quaſt. 98. per totum, & in tractatu de tutelis, 3. part. cap. 53. de quo etiam vide D. Joan. del Caſtillo lib. 4. controverſ. cap. 5. n. 36. & Cavallos quaſt. 54.

Ibi: Pullerum & ſingulare dubium eſt, &c.

In præſenti cauſa valere ſtipulationem in perſona Tertii abſentis, & alternativam reſolvi in conjunctivam de jure Regio, ut hic reſolvitur, docent Matienzo, Azevedus, Pichardus Gutierrez, & reliqui ſupra citati ex diſpoſitione tex. in diſt. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilationis, in quo advertendum eſt, quod ſi inter perſonas, poſitas

in alternativa, caderet affectio, vel ordo charitatis, tunc alternativa non resolvitur in conjunctivam, ut probat Joan. Gratian. in regul. 22. num. 1. & plurimos referens Gratianus discipul. cap. 575. num. 23. quem vide, & Salgadum in labyrintho creditor. part. 2. cap. 26. num. 57.

22 Ad num. 21 ibi: Et omnis opinio, & dispositionibus Doctorum, &c.

In contracta, vel obligatione in diem certam, statim oriri obligationem, sed creditori agenti ante diem oblat exceptionem, ut hic resolvitur, docent Tufchus littera D. conclusio 52. Joannes Gratianus in leg. 397. ubi etiam an mora purgari possit in contractu in diem celebrato? Connaeus lib. 4. commentariorum, cap. 18. Duarenus ad titulum, Digesti de obligationibus, & actionibus, cap. 4. Cujacius in leg. cum qui, §. quoties, Digesti. de verborum obligat. & ibi Donellus, Mantica de tacitis conventionibus, lib. 14. tit. 40. ex n. 26. Osualdus lib. 1. cap. 8. & sequentibus, surtus late decisione 151. per totam, Molina de justitia, tom. 2. disputat. 284. num. 6. optimè Pichardus in §. omnis stipulatio, Institut. de verborum obligat. ex numero 11 ubi argumentis contrariis satisfaciunt, Cavallos quaest. 790. ex num. 43. Salgado in labyrintho, prima parte, cap. 8. late ex num. 24. qui alios refert.

Ibi: Quod tamen primo limita, &c.

Diem incertum pro conditione haberi, & ante ejus implementum non oriri obligationem, docet Gomezius hic, & probant Costa in lib. 1. selectarum, cap. 18. num. 3. ubi de die incerta quando, ut dies mortis; Mantica de conventionibus lib. 14. tit. 41. num. 16. & sequentibus. Molina de justitia, tom. 2. disputat. 284. num. 4. Matienzo in l. 14. tit. 3. lib. 5. Recopilationis, gloss. 1. num. 43. Scaccia de commerciis, §. 1. quest. 1. num. 382. Pichardus optimè explicans in §. omnis stipulatio, Institut. de verborum obligat. num. 29. & sequentibus, de quo etiam vide Osualdum ad Donellum lib. 1. cap. 1. & omnino Barbosa in leg. si constante, Digesti soluto matrimonio, §. 1. num. 14. & sequentibus, & Cavallos quaest. 790. ubi late de legato relicto post mortem alterius, quod in diem, & non conditionale appellat, quem improbat late Castillos lib. 4. controversiarum, c. 56. ex num. 70. quem etiam videas circa legatum relicto predicto modo; & Cancereum variarum 3. part. cap. 20. num. 8. & sequentibus. Et quod creditor in diem incertam, creditor non est, & sic ei solvi non potest, Morla in emporio tit. 8. quaest. 7. D. Larrea decis. Granatensis, 15. num. 8.

23 Ad num. 22. ibi: Ex quibus primo infero notabiliter, &c.

Debitorem in diem certam posse ante diem solvere, si dies gratia ejus fuerit apposta, ut hic resolvitur, docent Gratianus discipul. forensium, tom. 1. cap. 127. num. 33. ubi probat, solvionem factam per debitorem procuratori revocato ante scientiam revocationis, eum liberare, quamvis facta fuerit anticipatè ante adventum diei, ita ut procuratore effecto non solvendo, debitor amplius non possit conveniri, de quo etiam late agit Cavallos quaest. 790. ex num. 43. Pichardus in §. omnis stipulatio, Institut. de verborum obligat. n. 28. Surdus de Alimentis, tit. 1. quest. 44. num. 61. Valacus de partitionibus, cap. 21. num. 7. Cancereum variarum, 2. part. cap. 6. num. 135. Morla in emporio, tit. 8. quaest. 21. ubi alios refert, & docet, quod etiam in casu dubio, quando non constat an gratia creditoris, vel debitoris, fuerit

dies apposta, potest ante eam fieri solutio, præterquam si ex ista præmatura solutio aliquod damnum resularet creditori, & num. 6. explicat quid in emphyteuta, an possit plurimum annorum solvionem facere anticipare invito domino? & resolvit non posse; Osualdus ad Donellum lib. 16. cap. 11. notatis littera B. Tufchus littera D. conclus. 51. Molina de justitia, tom. 2. disputat. 284. num. 9. late D. Larrea decis. Granatensis, 15. per totum, & sic est rumor mutationis monete, creditor non teneretur anticipatam solvionem recipere: ut jam dictum manet, & explicat late Salgado in labyrintho creditor. parte secunda, cap. 29. ex num. 35. & D. Larrea supra.

Ad num. 23. ibi: Secundo inferitur, quod si talis debitor, &c.

Quod si debitor in diem certam, solvat ante diem, non repetat; secus si sit debitor sub conditione, vel in diem incertam, hic enim si solvat aliquo errore juris, vel facti, repetere potest; si autem ex certa scientia, quod solutum possit repetere deficiente conditione, & non antea, se solvit Gomezius hoc numero, & comprobatur ex dictis numero precedenti, docentque Menchaca de usufrequent. cap. 63. numero 36. & num. 15. & 17. precedentibus, ubi bene probat, quod donatio non presumitur in hoc casu: ex quo inferitur, debitorem sub conditione qui solvit scienter, repetere posse solum, si conditio deficiat, ut rectè docent Gomezius, Gregorius in l. 32. tit. 14. part. 2. Mantica de conventionibus, lib. 14. tit. 40. num. 8. Osualdus ad Donellum lib. 14. cap. 14. notatis littera A. Molina de justitia, tom. 2. disputat. 284. num. 6. & disputat. 567. num. 6. ubi comprobatur resolutionem Gomezii Menochius lib. 3. presump. 31. num. 11. Pichardus in §. is quoque Institut. quibus modis se contrahitur obligatio n. 16. & in dicto §. omnis stipulatio, Institut. de verborum oblig. num. 30. Valacus in Curia, tom. 2. §. pagina, num. 44.

Ad num. 24. ibi: Tertio, & quidem notabiliter infero, &c.

Creditori sub conditione ante ejus implementum agens repellit potest per Judicem, etiam parte non opponente; ita Gomezius hic, Suarez in leg. post rem, vers. Si ad pro evidentiã num. 38. Azevedus in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recopilationis num. 33. Salgado de protecl. 4. part. cap. 7. ex num. 99. ubi plures refert, & comprobant communiter Doctores, asserentes quod male agit, qui ante diem vel conditionem agit, & penas à jure statutas incurrit; ut ex Surdo, decisio 51. docent Riccius in Collectan. decis. part. 4. Collectan. 1389. ampliatiõne 3. quia plures petere dicitur, qui ante diem, vel conditionem petit; ut probant idem Surdus decis. 120. num. 1. Avendanus in rival. de exception. num. 21. Azevedus in l. 2. tit. 2. lib. 4. Recopilationis, n. 5. Cardoso in praxi, verb. Plus petere, num. 2. & 5. Farinacius in fragmentis, littera C. num. 745. Cancereum variarum, 2. part. cap. 6. ex num. 23. late, ubi an in expensis seu intere le condemnatur plus petens? & cap. 7. num. 39. ubi quod Judex non potest ferre sententiam pro actore agente ante diem, Tufchus littera D. conclusio 52. & alios referens Augustinus Barbosa in Collectan. ad tit. Cod. de suspensionibus in leg. unica, num. 9. ubi numeris sequentibus quatuor limitationes adducit, ad dictam resolutionem, quod etiam prius fecerat in cap. 1. eodem tit. de suspensionibus in Decretalibus. ubi etiam n. 13. alios plures Doctores refert ad eam quætionem, an scilicet

scilicet successor majoratus possit vivo possessore petere ut declaratur majoratum ad se pertinere? late & optimè D. Larrea decis. Granatensis, 38. & D. Franciscus de Amaya in leg. 1. Cod. de jure fisci, ex num. 1. ubi disputat an pena, contra plus petentem statuta, habeat locum in fisco ante diem agente, Barbosa in leg. non potest videri 23. Digesti. de judiciis, ex num. 8. Pichardus Institut. de interditiis, §. 1. cap. 4. ex num. 167. ubi probat, creditorem conditionalem, vel in diem, posse agere ex justa causa adversus debitorem, ut cautionem de debito persolvendo, die, vel conditione existente, præstet quod si non impleat, in possessionem bonorum mittatur, & in §. actionis autem, Institut. de action. quest. 13. per, totum; quem omnino videas, ibi, & in §. si quis 33. eodem titulo, ubi bene explicat ma etiam plus petitionis; & vide omnino infra, num. 30. & Salgadum in labyrintho, 1. part. cap. 8. ubi de hoc creditore conditionali admittendo ad concursum, & Cancereum variar. 2. part. c. 10. ex n. 15. ubi late de debitore suspecto pure vel sub conditione obligato.

Ad num. 25. ibi: Unum tamen est, quod si pendente judicio extiterit conditio, &c.

Quod si pendente judicio conditio extiterit, possit debitor condemnari, ut hic resolvitur, docent Gregorius in leg. 25. tit. 2. part. 3. verb. Siendo librado, Baldus consil. 150. lib. 2. Alexander consil. 177. lib. 2. circa finem, Gratianus in regul. 300. per totam, ubi ampliat, & limitat, Tufchus littera 1. conclus. 630. late Gratianus discipul. tom. 1. c. 54. n. 20. Morla in emporio, tit. 2. g. 8. num. 9. & Barbosa in l. non potest, ff. de judiciis, num. 99.

26 Ibi: Secus tamen si creditor agit ante diem, &c.

Et ibi: In quo articulo resolvitur dico, &c. Quatenus noster Gomezius hoc loco, innuit, quod creditore agente ante diem qui fuit assignatus, non in ipso contractu, sed ex intervallo, Judex possit debitorem condemnare, qui non opposuit exceptionem temporis non impleri; etiam si ex actis constet diem solvionis non venisse: dubium maximum continere ejus resolutionem mihi videtur, maxime in hoc Regno, cum habeatur legitimum expressam constituentem, lites dirimendas secundum veritatem non secundum subtilitatem juris; ut habetur in l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopilationis, quam late exornant Azevedus, & alii relati à Hermosill. in leg. 56. tit. 5. part. 5. gloss. 7. ex n. 30. vide Cancereum variarum, 1. part. cap. 18. ex num. 23. ubi bene explicat, & Suarez in leg. post rem judicatam, in principio 3. & vers. Sed pro evidentiã, num. 38. Avendandum cap. 16. Prætorum num. 11. lib. 1. Azevedum in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recopilationis, num. 53. Salgadum de protectione quarta parte, cap. 7. ex num. 99. & in labyrintho, tertia parte, cap. 1. ex num. 19. ubi optimè exornat.

Ibi: Non tamen debet duplicari totum tempus, &c.

Non totum tempus duplicari contra plus petentem, sed illud tantum quod superest, ut docet Gomezius probant Pichardus in §. si quis agens, 33. Institut. de actionibus, num. finali, & reliqui citati supra, numero precedenti, quos videas, & Parladorum quotidianarum, lib. 2. cap. fin. 5. part. §. 1. num. 2.

Ad num. 26. ibi: Item adde quod si quis simpliciter, &c.

Quod promittens dare tali die intelligitur de primo proximo, ut hic resolvitur, docent Mantica de tacitis conventionibus, lib. 14. tit. 40. ubi omnes

casus à nostro Gomezio consideratos hoc numero explicat; & num. 10. probat quod obligatus aliquid præstare ad certum diem non liberatur, si eodie non potuit solvere; & duas opiniones contrarias refert, ex num. 23. circa illum casum à Gomezio hinc adductum; nempe quando quis promissit dare ante Kalendas, vel annum, an intelligatur ante Kalendas finitas? Molinæ in leg. 1. §. si quis simpliciter, Digesti. de verborum obligationibus, num. 75. ubi probat, quod non potest agi nisi toto tempore elapso, quanto tempus fuit appositum gratia differenda solvionis; quod etiam bene explicat Gregorius in leg. 15. tit. 11. part. 5. Tufchus littera T. conc. 80. Molina de justitia tom. 2. disputat. 284. ex num. 8. ubi etiam refert casus hic consideratos, Bolanus in Curia, tom. 2. cap. pagina, num. 12.

Ad num. 27. ibi: In quo magisraliter, & re-solutive dico, &c.

Pro distinctione nostri Gomezii hic, & ejus comprobatione, videntur sunt Doctores citati numero precedenti, maxime Mantica de tacitis conventionibus, lib. 14. tit. 40. Molina discipul. disputat. 284. num. 9. & 10. Gregorius Lopez in l. 5. tit. 11. part. 5. gloss. 2. ubi de promissione solvendi omnibus annis, vel quolibet anno, quando obliget, & quomodo Tufchus littera S. conclusio 335. ubi declarat, & limitat, & ibi remissive de conductore, & emphyteuta, quando teneantur solvere; & de legato alimentorum, Gratianus discipul. 306. §. 24. n. 57. ubi quod solutio statim est facienda, si non fuit assignatus aliquis terminus ad solvendum, Bolanus in Curia, tom. 2. cap. pagina, n. 12. & per totum, ubi multa de solvionibus.

Et quod generaliter, quando nulla dies solvionis præfixa fuit, debitor gaudeat termino decem dierum ad solvionem faciendam, docet Parladorum lib. 2. quotidianarum, cap. final. quinta parte, §. 1. num. 25. Molina de justitia, tom. 2. de disputat. 299. versiculo finali. Robellus de obligationibus justitia, lib. 8. part. 3. quest. 1. fell. 1. num. 11. Pichardus in manducationibus secunda parte in praludis, §. 6. num. 9. & in §. omnis, Institut. de verborum obligation. num. 10. vide etiam Scacciam de commerciis, §. secunda, glossa quinta, & Cancereum variarum, 2. parte, cap. 5. num. 143. vide etiam supra, num. 3.

Ad num. 28. ibi: Quidam est contractus promissio, vel obligatio, &c.

Contractum, vel promissionem conditionalem, non producere obligationem, vel actionem, ut resolvit Gomezius, docent, & explicant Tufchus littera C. conclusio 579. & 503. Mantica de tacitis conventionibus, lib. 14. tit. 41. ubi etiam probat idem dicendum in tacitis conditionibus quando in sunt ipsi obligationi, secus si executioni (de quo etiam Castil o lib. 4. controversiarum, cap. 56. num. 8. & tom. 5. cap. 118. 2. parte.) & etiam quando dies incerta fuerit apposta, quæ pro conditione habeatur, elegantè Pichardus in §. sub conditione 4. Institut. de verborum obligation. Suarez in leg. post rem judicatam, in declaratiõne leg. Regni, limitatiõne 4. & 5. ubi Valdehus Salgado in labyrintho creditor prima parte, cap. 8. n. 24. & sequentibus, qui etiam late agunt de materia conditionis, de qua etiam Tufchus supra per viginti quinque conclusiones, Fufarius de fideicommissis, quest. 454. & sequentibus. Soufa in repetitione tit. de pactis, quest. 5. late post Costam, qui latissime de conditionibus agit, in §. si arbitratu, limitatiõne 6. & lib. 1. selectarum, quasi per totum, Osualdus

Ofualdus ad Donellum lib. 8. cap. 31. & lib. 15. cap. 11. notatis, Bañtus de Matrimonio lib. 3. per totum, Gratianus disceptat. ca. 5. n. 18. ubi quod non habet locum penitentia, licet non nascatur actio: Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 12. num. 4. & sequentibus. Spino in speculo, ubi de legato sub conditione relicto, Menochius lib. 4. praesumptione 175. Mieres de majoratu, 2. parte, quaestione 4. illatione 8. Menochius de arbitrato, casu 494. n. 9. & casu 498. Molina de iustitia, tom. 2. disputatione 185. num. 4. Parladorus differentia 147. ubi de differentia inter conditionem & modum: Lara de anniversariis, lib. 2. cap. 8. num. 59. ubi quod in dubio intelligitur modus, & non conditio, Barbosa in leg. si mora. Digest. soluto matrimonio, & in leg. si constante, §. 1. ex numero 24. ubi quod verbum: Nisi non facit actum conditionalem, Thomas Sanchez ac Matrimonio, lib. 5. disputatione 6. & plurimos referens Castillo libro 4. controversiarum: cap. 55. ex n. 2. Sarmiento lib. 2. selectarum, cap. 1. & 2. Fontanella de pactis nuptialibus, clausula 4. gloss. 3. ubi etiam declarat quando dispositio fit conditionalis, de quo etiam Gratianus disceptationum, cap. 44. & 45. & 136. ubi etiam de modo, & vide etiam alia supra, tom. 1. c. 12. ex n. 74.

Ibi: Ex quibus colligitur & inferitur, &c. Quod debitor sub conditione, vel in diem non dicatur proprie debitor, ut docet Gomezius comprobant Tufchus littera D. conclus. 35. & alii relati a Barbosa in tractatu de appellatiuis, verb. Debitor; eum vide, & Matienzum in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilationis, gloss. 6. num. 43. Castillo lib. 6. controversie, §. 153. & Menochius l. 4. praesumpt. 127. Pichardus in repetitione tituli de legatis, cap. 9. num. 60. Salgadus in labyrintho credit. 1. part. e. §. n. 36. qui omnes exornat illationes nostri Gomezii hic.

30 Ad numerum 29. ibi: Advertendum tamen &c.

Quod licet pendente conditione non oriatur actio, vel obligatio, detur tamen quaedam spes a Jure approbata quae aliquos effectus producit, de quibus Gomez in presenti, docent, & explicant Mantica de convent. lib. 14. tit. 4. n. 10. ibi quod ad haereditas transmittitur, Tufchus littera T. conclus. 369. n. 6. & conclus. 372. n. 29. & littera D. conclus. 604. & 605. ubi quod dominium transferretur ex contractu conditionali, traditione sequente (quod etiam docet Matienzo l. 7. tit. 11. gloss. 6. num. 40.) Covarruvias in practiciis, cap. 38. n. 4. Mozius de contrahibus, tractatu de stipulatione, §. de stipulatione pura, ex num. 15. Connanus lib. commentar. cap. 3. num. 11. Petrus Gregorius in Synagmat. lib. 24. cap. 1. n. 27. Molina de iustitia, tom. 2. disputatione 285. n. 4. Pichardus late in §. ex condicionali, Institut. de verborum obligatione per totum, Castillo lib. 3. controversie, cap. 19. num. 154. & alii plures relati a Hermosilla in l. 7. tit. 4. part. 5. gloss. 5. num. 2. & Salgado in labyrintho creditor. prima parte, cap. 8. ex n. 26. post Foxanell. de pactis nuptialibus, clausula 4. gloss. 9. part. 5. ex num. 27. & alios qui docent, quod creditor conditionalis non impeditur agere ex iusta causa superveniente, vel quando debitor format concursum creditorum, & idem in debito in diem.

Ibi: Tertius effectus est, &c. Vide noxta supra, in additione ad numerum 24.

Ibi: Quartus effectus ex hoc videtur resultare, &c.

Terminum ad retrahendum non currere ante conditionis implementum in contractu conditionali, resolvit Gomezius hic, & idem docent Zifuentes in l. 70. Tauri, vers. Tertio dubitatur; & ibi Gomez Arias num. 31. & nosster Gomez, num. 21. Covarruvias lib. 3. variarum, cap. 11. num. 1. Matienzo in l. 7. tit. 11. gloss. 6. num. 39. Gutierrez lib. 2. quaest. 153. ex num. 3. quem videas, ubi num. 4. cum aliis probat hoc procedere, etiam si traditio intervenit, vel dominium fuerit translatum ante conditionis eventum; si vero retrahens id velit petere, & rem retrahere statim post venditionem ante conditionis eventum; audiendus erit, ut probant Matienzo, & Gutierrez supra.

De ratione autem quare contractus conditionalis transeat ad haereditas, non sic in ultimis voluntatibus, videndi sunt Donellus in leg. si filius, Digest. de verborum obligat. ex num. 7. Antonius Faber lib. 15. consuet. cap. 6. & post eos, & alios Pichardus in repetitione tit. Digest. de legatis primo, cap. 9. ex n. 47. cum multis sequentibus, ubi subtiliter, & contra communem questionem explicat, eum videas, & Castillo lib. 4. controversie, cap. 55. ex num. 57. & Farin. q. 25. num. 146. ubi etiam an dictum, jus transeat in filium?

Item an jus conditionis potestativa implenda transeat ad haereditas? vide Bartolum, & Doctores in leg. si decem cum petero, num. 5. & 6. Digest. de verborum obligationibus, & Fufarium de substitut. fideicommissi, quali. 454. num. 42. & Domin. Larream alleg. fiscal. 98. num. 7. ubi post D. Solorzandum de Indiar. gubernat. l. 2. cap. 11. num. 38. & alios, docet jus conditionis potestativae implendae ad haereditas non transeat, quasi illorum auctor illam sprevisse videatur, cum potuit, & noluit conditioni parere; vide etiam infra n. 37. vers. Quod contractus conditione potestativa.

Ad num. 30. ibi: Advertendum tamen quod ita &c.

Impleta conditione, & jus implemento probato, contractus purificatur, & producti dictos effectus, ita Gomezius in presenti, & probant Peregrinus de fideicommissis, articulo 63. num. 9. & sequentibus, Petrus Surdus lib. 1. consil. 91. num. 11. & de Alimentis, tit. 5. quali. 4. num. 13. & sequentibus. Mantica de conventus ultimorum volum. lib. 11. tit. 16. n. 2. Tufchus littera C. conclus. 596 per totam, Gail. practicae observat. lib. 2. conclus. 132. n. 2. Surdus decis. 210. num. 5. qui omnes aiunt fundantem se in conditione, ejus implementum probare debere, cum id non praesumat, utpote in facto consistens, ut docet, & late explicat Menochius lib. 4. praesumpt. 182. ex num. 1. & si plures conditiones appositae fuerint omnes impleri debent; Fufarius de substitut. quali. 454. num. 2. & per totam; & quali. 455. late ubi declarat; D. Larrea decis. Granatenf. 61. num. 10. & decisio 76. num. 31. ubi quod sufficit conditionis momento temporis impleri, Carlevalius de iudiciis, tom. 2. tit. 3. disputatione 5. num. 20. Soula in reputatione §. actionum, cap. Familiae erciscunda, num. 34. Barbosa in l. si ab hostibus, §. fin. ff. soluto matrim. num. 5.

Item an conditio possit impleri per aequipollens? vide Surdus decis. 209. & consil. 453. Menochium consil. 326. num. 10. & consil. 343. num. 4. & 5. Tufchum littera C. conclus. 594. Salgadum de protectione, 4. part. cap. 13. num. 58. Cencertium variarum, 1. part. cap. 1. num. 64. & 65. ubi optime explicat, Scacciam de commerciis, §. 2. gloss. 5. num. 22. & §. 1. quali. 1. num. 352. & Dominum Larream

Larream decis. Granatenf. 23. num. 11. & melius allegatione fiscal. 40. num. 26. ubi docet tanquam certissimum, per aequipollens posse impleri, quando respicit certum finem, & etiam posse impleri fidei quando implementum, operatur eundem effectum, ac verum.

Aliquando autem ex praesumpta testatoris voluntate conditio pro implenda habetur? Peregrinus de fideicommissis, articulo 16. ex num. 126. Mantica de conventus ultimorum volum. lib. 11. tit. 18. & 19. & de tacitis conventionibus, libro 14. tit. 45. per totum, Fufarius de substitut. quibus, 454. num. 61. Barbosa in leg. si mora, Digest. soluto matrimonio, num. 75. Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 13. num. 14. & sequentibus, alter Molina de iustitia, tom. 3. disputatione 613. & 614. Thomas Sanchez de Matrimonio, lib. 1. disputatione 33. & 34. & latissime Menochius lib. 4. praesumptione 183. & 184. & alii penes ipsos, & Gratianus in regul. 83. & latissime Castillo lib. 4. controversiarum, capite 25. & Domin. Larrea allegatione fiscal. 29. n. 29. ubi post Gratianum disceptationum, cap. 123. n. 41. docet conditionem haberi pro implenda si fiat per illum cuius interest.

Ibi: Item adde, quod in tantum purificata conditione, &c.

Implementum conditionis retrahit ad tempus contractus, concludit Gomezius hic, & ex hac conclusione plura inferit, & ita docent, & exornant Tufchus littera C. conclus. 599. & 600. Covarruvias practicae, cap. 39. num. 3. Mantica omnino videndus de tacitis conventionibus, lib. 14. tit. 46. per totum, ubi comprobat illationes, & limitationes Gomezii, Peregrinus de fideicommissis, articulo 16. ex num. 120. Molina de iustitia, tom. 2. disputatione 337. num. 10. alter Molina de primogeniis lib. 2. cap. 15. Bernardus Diaz regul. 116. & ibi Salzedus, Joannes Gratianus in regul. 284. ex num. 2. ubi primis probat, retrotractionem non habere locum in legato sub conditione (de quo late Barbosa in leg. si constante, §. finali, num. 4. & 6. & 9. ubi alia: & quid si terminus est inhabilis) & postea num. 2. idem Gratianus ait, quod conditio in contractu non retrahitur in praedictum Tertii, & alia, Pichardus in §. haeres & pure, Institut. de haereditas instituentis, num. 9. Matienzo in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilationis, gloss. 6. num. 35. ubi laudat nostrum Gomezium, & ejus illationes comprobant Barbosa in l. Digest. soluto matrimonio, tertio parte, ex numer. 33. vide etiam Carlevalium de iudiciis, tom. 2. disputatione 23. ex num. 15. maxime n. 25. & 26. omnino, ubi de retrotractione in praedictum Tertii, & interpretationem tex. in leg. qui balneum, & leg. potior, §. videamus, Digest. de pignore in pignore, &c. Salgado in labyrintho, parte secundae, capite 21. & de protectione, 2. part. cap. 2. ex n. 31. ubi quod requiritur habitus extremorum ad retrotractionem: & cap. 5. n. 39. ubi quod haec locum non habet quando aliquid resultat contra ius dispositionem.

Ibi: Secundus effectus, &c.

Prior creditor conditionalis praefertur posteriori, cui pure debetur, purificata conditione, ex tex. in leg. potior, Digest. qui potiores in pignore habeamus, sic docet Gomezius in presenti, & comprobant Suarez in leg. post rem iudicatam, limitatione 7. num. 2. Gutierrez allegat. 4. num. 17. Paz in praxi, 4. part. tom. 1. cap. 4. n. 5. Balduinus de hypothecis, cap. 11. Donellus eodem tractatu, cap. 12. Connanus lib. 4. commentariorum, capite 17. num. 3. [Cujacius tractatu 8. ad Afric. num. Anton. Gomez. Variarum Resol. Tom. II,

sub l. qui balneum. Digest. qui potiores, Pichardus in repetitione tituli, Digest. de legatis primo, cap. 9. n. 56. Matienzo in leg. 7. tit. 11. gloss. 6. num. 35. vide etiam Carleval. & reliquos citatos versiculo precedenti supra, & Salgadum in abrymbo, part. 2. cap. 13. ex numero 19. apud quos etiam habetur differentia conditionis potestativae, & casualis, vel mixta; ut ille non retrahantur, haec vero secus; & idem Salgadus capite 21. ex numero 3. ubi late explicat.

Ibi: Tertius effectus est, &c.

In contractu conditionali gabellam debet gabellario, qui erat tempore contractus, ut hic resolvitur, docent Parladorus, lib. 1. quotidianarum, cap. 3. §. 4. n. 25. Matienzo in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilationis, gloss. 6. n. 36. & plures referens Girona in tractatu de Gabellis, 6. parte, in principio num. 1. & sequentibus, Azevedus in l. 1. tit. 17. l. 9. Recopilationis, ex num. 96. & alios referens Gutierrez eodem tractatu de Gabellis, quaest. 8. qui n. 8. & sequentibus, cum nostro Gomezio, Covarruvia, Menochio, & alii probant dictam resolutionem procedere in conditione casuali, vel mixta; non vero in potestativa, quae non retrahitur, ut dictum manet, licet contrarium intendat probare Laarte de decima venditionis, cap. 5. num. 13. imò quamcumque conditionem casualem, vel mixtam, vel potestativam retrahat, de quo vide D. Joseph. Vela dissertatione Hispanensi 21. num. 63.

Item pro limitationibus adductis per nostrum Gomezium, videndi sunt Doctores supra relati hoc n. in versu ubi item adde quod in tantum purificata conditione, &c. maxime Mantica, & Tufchus Peregrinus, & Bernardus Diaz.

Ad numer. 31. ibi: Item quare an advertitur conditionis, &c.

Implementum conditionis non constituere debitorem in mora sine interpellatione, ut hic resolvitur, docent, relati a Tufcho littera M. conclusionem 373. num. 8. ubi communem dicit Stephanus Gratianus disceptationum, cap. 400. num. 14. Scaccia de commerciis, §. 1. quasi. 1. num. 384. ubi idem in de incerta asserit, quia per implementum conditionis contractus efficitur purus, omneque sortitur effectus, quos contractus purus, ut probat Matienzo in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilationis, gloss. 6. num. 35. quem vide & Barbofam in l. 5. Digest. soluto matrimonio, num. 46.

Ad num. 32. ibi: Et certe isto articulo est valde subtilis, &c.

Praesentem questionem an scilicet in contractu qui continet diem & conditionem, utrumque debeat impleri? resolvit Gomezius quatuor conclusionibus, & ita etiam tenent alii Doctores citati ab infra referendis, & ab Ofualdo ad Donellum lib. 15. cap. 8. notatis, sed quod hodie ex l. 17. tit. 11. part. 5. debeat expectari dies impleta conditione, indistincte docent Gregorius Lopez ibidem, gloss. 11. Matienzo in leg. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilationis, glossa sexta, num. trigesimo septimo, & Joannes Gratianus in regul. 132. ubi etiam laudat nostrum Gomezium in presenti, cui nihil addendum dicit.

Ad num. 23. ibi: An dies incipit currere a tempore purificatae conditionis, &c.

Quod dies incipiat currere a tempore purificatae conditionis in quaestione praecedenti, si dies non est certus, & determinatus, sed in genere, & reiterabilis, ut si dicatur: Intra annum, secus vero si dies est certus, & determinatus, ut dies Sancti Joannis, salis, mensis, & anni, quia tunc incipit currere

re eo tempore contractus, resolvit Gomezius hic, & idem docet Matienzo in leg. septima, titul. 17. lib. quinta, Recopilationis, glossa sexta, num. 37. ubi nostrum laudat Gomezium, & confirmari potest, qui conditio semper respicit favorem ejus, qui sub ea obligatur, & sic ab ejus implemento computari debet dies, ut probat Tufchus littera C. conclusione 588. & vide Sarmiento libro quarto selectarum, s. si ita numero secundo.

35 Ad numerum 34. ibi: Sed his non obstantibus teno contrarium, &c.

Legatum uxori, vel alteri relictum sub conditione, si non nupsit, vel alia, & quod post mortem restituit Petro; quod si conditio verificetur, statim legatum sit restituendum; & idem si relinquat uxori usufructum usque ad decem annos, & quod post eos restituit Titio, si ante decem annos decedat, statim facienda sit restitutio, resolvit Gomezius, & ita docent Mantica plures referens de conjecturis ultimarum voluntatum lib. 3. titul. 19. num. 19. Villalobos in communibus, verb. Legatum, numero 12. Crassus eodem verbo, quasi. 45. & 52. Matienzo in l. 24. titul. 4. lib. 5. Recopilationis, num. 44. glossa prima. Costa libro 2. selectarum, capite 14. & alii plures relati a Castill in tractatu de usufructu, cap. 62. ex num. 7. ubi num. 12. casum etiam contrarium ponit, nempe si testator usufructum uxori reliquerit, si vidua permanserit, & si ad secundas transierit nuptias eundem usufructum Titio relinquit, an si uxor ante secundas nuptias decederit, statim Titio usufructus debeatur? & statim deberi asserit: vide etiam Cancerrum variarum, prima parte, capite 1. ex numero 65. & Thomam Sanchez in summa, libro 7. capite 13. num. 7. 8. & 9.

De interpretatione autem text. in lex. uxori usufructum velle, Digesti de usufructu legato, videntur sunt Costa in s. si arbitratu, ampliatione 4. Matienzo in l. 14. titul. 4. lib. 5. Recopilationis, glossa 1. num. 1. num. 44. & Fachinazus lib. 10. controversiarum, cap. 48. qui contra nostrum Gomezium tenet in predicta questione principali hoc numero proposita.

36 Ad num. 35. ibi: Tertio, & quidem notabiliter infero, &c.

Mater non privari hereditate filii, cui non petiit tutorem, etiam si filius moriatur in sine anni, taliter quod non poterat provideri tutela, quia necesse est quod totus annus labatur ut hic resolvitur, docet plures relati ab Antonio Gabriel in suis communibus, titul. de tutelis, conclus. 1. num. 33. Tufchus littera M. conclusione 113. & 114. ubi late materiam prosequitur, & littera T. conclus. 412. Azevedus in l. 2. titul. 18. lib. 4. Recopilationis, num. 30. ubi cum nostro Gomezio hic, & in l. 15. Tauri, num. penultim. & finali, & Rebuffo in titul. de appellationibus, art. 4. glossa 1. num. 14. & 15. & alias probat, quod ad pronuntiantium appellationem esse desertam ex lapsu termini, debet expectari quoddam terminus labatur, etiam si certum sit in tempore remanente (ut ipse loquitur) nihil imp. rei posse G. uti in tractatu de tutel. & curis, l. 1. part. cap. 16. ex num. 82. ubi num. 84. & 85. limitat, praterquam si annus legalis ad petendum tutorem, fuisset restrictus per Judicem, vel si mater faceret citata intra annum ut peteret tutorem pupillo periclitanti, & id facere neglexisset, tunc enim si intra annum moriatur pupillus, privatur ejus successione, cum videas, & Gratianus in reg. 478. num. 16.

Ibi: Quarto singulariter infero, &c.

Quod terminus ad se presentandum coram Superiore in gradu appellationis, curat ad die appellationis, & non debeat expectari quod transeat omnis terminus concessus ad appellandum, ut hic resolvitur, docent Peralta in leg. statu liberum, s. Stichus, numer. 4. Digesti de legatis secundo, Azevedus in l. 7. tit. 18. lib. 4. Recopilationis, n. 50. & 88. & in Curia Pisana, lib. 4. cap. 6. num. 93. Paz in praxi, tom. 1. part. 6. cap. 1. s. unico, num. 9. Gutierrez lib. 1. quasi. 108. per totam. Pichardus in manduccionibus, 4. part. precepto 10. n. 4. Villadiego in Pollitica, cap. 4. num. 67. Sed contrarium semper practici videmus in appellatione ad Concilium civitatis, vel oppidi, nempe quod inter terminus curat, etiam si ante quintum diem quis appellet ut restatur Casillo de Bobadilla in Politica, lib. 3. cap. 8. num. 201. Bolanus in Curia Philippica, 3. part. s. 6. num. 4. Narbona in tertiam partem Recopilationis, l. 17. titul. 18. lib. 4. Recopilationis, glossa unica, num. 1.

Ad num. 36. ibi: In quo notabili, & quotidiano 37 articulo, &c.

Diximus jam in additione ad numerum 29. supra, contractum conditionalem ad heredes transmitti; de quo plures retulimus Doctores materiam explicantes, & rationem quare in ultimis voluntatibus aliud sit, nempe ut si conditionem habeant, ad heredes non transmittantur, de quo etiam diximus supra, tom. 1. cap. 9. num. 53. & Manziendo in l. 2. titul. 11. glossa 6. num. 39. Barbosa in rubrica, Digesti, soluto matrimonio, 1. part. numer. 34.

Ibi: Quod tamen intellige, quando conditio apposta, &c.

Quod contractus conditione potestativa celebratus, non transeat ad heredes, ut hic resolvitur, docent communiter Doctores, ut videri potest per Covarviam cap. 29. practicarum quasi. & per reliquos supra citatos in additione ad numerum 29. vers. Item an jus conditionis potestativae de quo, & de interpretatione text. in leg. si decem cum pettero, Digesti de verb. obligat. videas Pichardum in s. ex conditionali, Institutus, de verb. obligat. num. 14. ubi distinguit an talis sit conditio, quod personae promissoris adhaeret, ut si Consul fiat, si abulamus pingat; & similes, & haec ad heredes transmitti non possunt; aut conditio ita ab herede impleri potest, ut stipulatoris non interfit, & tunc ad heredes transit, ut si decem Tiro dederis; & ita interpretatur text. in dist. leg. si decem cum pettero, vide etiam Salgadum in labyrintho creditorum, 1. part. cap. 33. ex num. 13. & Farinacium in praxi, quasi. 25. num. 147. ubi laudat nostrum Gomezium, & declarat quid in fisco, an in eum transeat hoc jus? vide relatos supra dicto versiculo, Item an jus conditionis potestativae, &c. post Mantica de tacitis conventionibus, lib. 14. cap. 41. num. 10. & Matienzum in l. 2. tit. 11. glossa 6. num. 39. lib. 5. Reopit.

Ibi: Item adde quod jus, vel spes, &c.

Ad resolutionem Gomezii hic, & interpretationem textus in l. qui Roma 122. s. Augerius, Digesti de verborum obligationibus, videntur sunt Covar. in practica, cap. 39. num. 5. Gutierrez de juramento confirmat. 1. part. cap. 37. num. fin. vel in additione quam ponit in fine dicto prima partis, late Cevallos in quasi. 727. ex num. 51. & q. 900. ex num. 50. Pichardus in dist. s. ex conditionali, num. fin. Institutus de verb. obligat. Escobar de ratiociniis, cap. 34. num. 8. ubi plures refert, Azevedus in l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilationis, n. 8. Gotta lib. 2. selectarum

num. cap. 23. Osualdus ad Donellum lib. 2. 15. cap. 12. notatis littera B. & Barbosa in rubrica, Digesti, soluto matrimonio, 1. part. ex num. 35.

Qui, & maxime Gutierrez, Escobar, & Cevallos latissime disputant illam questionem, an si quis promittat pro mercatore, vel alio debitore solvere quicquid consiterit debere facta calculatione, & ille debitor decellerit non facta liquidatione, committatur stipulatio, & ille promissor teneatur promissa implere?

Ad num. 37. ibi: Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, &c.

38 Cautionem Mutianam non habere locum in contractibus sub conditione negativa celebratis, ut resolvit Gomezius, docent Cost. lib. 2. selectarum, cap. 5. 2. Cujacius lib. 4. observat. cap. 52. Mantica de tacitis conventionibus, lib. 14. tit. 42. num. 16. & seqq. ubi de ratione differentiae in hoc inter contractus, & ultimas voluntates: & num. 27. & eqq. ubi probat, Mutianam cautionem in donatione causa mortis locum habere, & alia, Tufchus littera C. conc. 177. num. 19. ubi numeris sequentibus addit alios casus, in quibus non habet locum dicta cautio, & quomodo habeat locum in ultimis voluntatibus; de quo etiam conclus. 578. ex num. 13. Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 12. ex num. 26. alter Molina de justitia, tom. 2. disputatione 285. num. 8. ubi etiam agit quid in donatione causa mortis, & reliquis donationibus revocabilibus? & in disputatione 288. num. 9. Osualdus ad Donellum lib. 8. cap. 31. notatis littera P. optimè Richardus in s. si quis ita, Institutus, de verborum obligationibus, ubi bene explicat, quare dicta cautio in ultimis voluntatibus locum habeat, non verò in contractibus? Pater Thomas Sanchez de matrimonio, libro 7. disputatione 91. num. 6. ubi cum Gregorio Lopez, & Molina docet sufficere juramentum, quando quis obnitiā pauperatam fideiussorem prestare non potest in legato sub conditione negativa relicto, & quale privilegium in hoc habeat libertas, & causa pia, & quod conditio non impleta, non solum fructus perceptos restituere teneatur predictus legatarius, sed & percipientes, ut ex aliis docet Molina citato cap. 12. num. 21. & num. 7. probat cum multis ipse Thomas Sanchez supradicta esse intelligenda quando conditio negativa est perpetua, ut si non nupsit; secus quando conditio est distributiva, ut si alicui legetur, quandiu, vel quousque, vel donec vidua fuerit, in hoc enim eventu conditionem dividit; ita ut fructus perceptos dum vidua fuerit, non teneatur restituere: eum vide, & Pichardum in relectis, titul. ff. substitutionibus, cap. 4. num. 24.

39 Ad numerum 38. ibi: Alia est conditio necessaria, &c.

De conditione de praesenti, vel de praeterito, item de necessaria, & impossibili, vivendi sunt omnes relati supra, in additione ad n. 28. maxime Tufchus littera C. conclusione 573. & 84. & 591. ubi de conditione impossibili, vel turpi, & conclusione 592. ubi de conditione impediēte matrimonium, Mantica de Tacitis conventionibus, lib. 14. titul. 40. ubi de conditione, quae in praesens vel praeteritum tempus confertur: & de necessaria, & impossibili; Casillo libro 4. controversiarum, cap. 25. num. 41. ubi quod conditio quae praesentio tempore impleri non potest ob angustiam temporis, quasi impossibilis reputatur, & non vitiat legatum [de quo Menochius de ar. Anton. Gomez. Variarum Resol. Tom. II.]

bitar. casu 480.) & num. 6. Probat ipse Castillo quod conditio quae honestè impleri non valet, quasi impossibilis etiam judicatur, & pro non scripta habetur: latissime Thomas Sanchez de matrimonio, libro 5. per totum, ubi de conditione intrinseca, & de necessario eventura, & de impossibili, seu turpi optimè agit, & quam plures Doctores refert, cum omnino videas; Osuald. ad Donell. lib. 6. cap. 18. Saecias de commercis, s. 1. quasi. 7. part. 2. ampliatione 10. ex numer. 13. & Barbosa in leg. qua. dotis, ff. soluto matrimonio, ex num. 126. ubi de pactis vel conditionibus contra naturam contractus, de quibus etiam Felicianus de censibus, in proemio, n. 14. & lib. 1. cap. 10. ex num. 28. Cancr. variarum, 1. p. r. 1. Reponso, ex n. 58. ubi etiam de conditione de praesenti quae tacite inest, si exprimitur; & Pichard. in s. sub conditione, Institutus, de verborum obligat. num. 7. ubi quod conditio omnino extitua non est conditio; & in s. conditionis, eodem titul. ubi de conditione de praesenti, vel de praeterito, quod ortum obligationis non impedit; & s. impossibilis, Institutus, de heredibus instituentis, ubi latissime de conditione impossibili, tam in contractibus quam in ultimis voluntatibus; Hermosil. in leg. 5. titul. 4. glossa 1. num. 5. ubi de conditione voluntaria, & necessaria, & de suspensiva, & resoliativa, remissive; Petrus Gregorius in synagm. lib. 42. cap. 32. ex num. 37. ubi de omnibus conditionibus differit, & Costa in s. si arbitratu, limitatione 2. & 6. & quasi per totum, lib. 1. Fularius de substitut. quasi. 453. ex num. 97. & novissime Salgado in labyrintho creditorum, part. 1. cap. final. ex num. 96. ubi bene explicat cum Pichardo, & reliquis post Cancr. variar. 1. parte, responsorum juris, ex num. 57. & 5. parte, cap. 7. ex num. 27. Basilius Pontius de matrimonio, lib. 3. cap. 1. ex n. 5. & cap. 3.

Ad num. 39. ibi: Quidam est contractus alternativus, &c.

In contractu alternativo super rebus, in quibus non cadit affectio, ut in quantitate, vel tempore, tantum est in obligatione quod minimum est, & quod majorem continet dilationem: in rebus autem in quibus cadit affectio, utrumque est in obligatione, & debitoris est electio: ita resolvit Gomezius in praesenti, & docent Tufchus lit. A. conclusione 316. ubi limitat & declarat; & lit. D. conclusione 37. & lit. E. conclus. 102. ubi omnino videas; Molina de justitia, tom. 2. disput. 270. numer. 4. & 5. Gratian. discept. cap. 338. num. 15. Saecias de commercis, s. 2. glossa 5. ex num. 303. Petrus Gregorius in synagm. lib. 2. c. 18. n. 41. ubi materiam declarat late, & num. 30. praecedenti, ubi de alternativa inter personas, ut si quis promittat Titio, aut Scio; Osuald. ad Donellum lib. 15. cap. 1. Duenas in regula 235. ubi de electione, in alternativis, de quo etiam Covarviam in cap. indicante, de testamentis, num. 3. Gregorius Lopez leg. 2. tit. 1. 3. part. 2. Bernardus Diaz in reg. 547. & alios quam plurimos refertens Guzman in tract. de evulsion. quasi. 21. num. 30. ubi declarat quando utraque res est in obligatione; & num. 31. ubi etiam declarat quando alternativa censetur in favorem creditoris; Cancr. variar. 2. parte, cap. 6. ex numer. 90. Joannes Gratianus in regula 161. ubi numer. 1. sic distinguit: nempe quod in contractibus si verba referuntur ad creditorem, ipsi concipiuntur electio: aut sumus in dubio, & electio est debitoris: in ultimis autem voluntatibus eadem resolutio adhibetur, nisi quod in dubio creditoris est electio idemque iudicium: sed in

dubio Judici electio datur: Sarmiento libro 8. *electio in lsi Titio, aut Scio, & in l. Lucio, eodem libr. Gratian. disp. sept. forens. tom. 2. cap. 248. n. 31.* ubi quod si cui debentur octo servi, aut pro singulis decem, non poterit dividi electio, ita ut solvantur quatuor servi, & quadraginta, sed omnes servi, aut octoginta solvendi sunt: & c. 259. Mantica latè agens de obligatione alternativa, lib. 14. de Tacitis convent. titul. 30. ex num. 42. ubi num. 44. quod quando electio est debitoris, licet ei quoties volet, mutare voluntatem in eo quod solvitur est, ex Text. in lege cum pare stipulatus sim, Digest. de verborum obligatione, & Molina de justitia, tom. 2. disput. 569. numero 7. & vide omnino infra, n. 43. versic. quod debitor promittens.

Sed circa præsentem difficultatem an felicit in alternativis utrumque sit in obligatione, vide supra, cap. 10. n. 13. & Molinam dicta numer. 7. & Carlevalium tom. 2. de iudiciis, disputatione 3. num. 25. & 49. & novissimè de hac materia Salgadum in labyrintho creditor. parte, 2. cap. 29. ex num. 37. & Dom. Larream decis. Granatens. 74. num. 29.

Ad num. 40. ibi: Unum tamen est, &c.

41 Si una ex rebus alternativè debitis pereat, quod alia remaneat in obligatione, præterquam si vilior perierit. & pretiosior mansit, quia tunc solvendo ultimatiorem peremptæ liberatur debitor, prout etiam liberatio contingit omnino post mortem, & culpam creditoris in non recipiendo: ita resolvit Gomezius hic, & docent Olualdus ad Donellum lib. 35. cap. 2. notatis litera B. asserens æquam esse resolutionem prædictam, & referens Biffonium lib. 1. de solution. & Antonium Fabrum lib. 2. consuetud. cap. 16. Guzman de evulsion. dist. quest. 2. n. 29. Mantica de Tacitis convent. lib. 4. titul. 30. ex num. 44. Castillo in l. 29. Tauri, ubi de duabus speciebus alternativè legatis, quarum una perierit, vide etiam Molinam de justitia, tom. 2. disp. 270. n. 4. & Cancr. v. l. ar. 2. part. cap. 6. num. 96.

Ibi: Sed in nostro casu utraque res ex alternativè debitis est in obligatione, &c.

Vide supra, num. præcedenti.

Ibi: Item adde quod talis creditor alternativus, &c.

Quod creditor in alternativis alternativè agere decet, & non unam tantum rem petere, ut hic resolvitur, docent, Tuschus litera L. conclusionem 313. ex num. 11. & Pichardus in §. si quis agens 33. Infitur. de actionibus, num. 30. & sequentibus, ubi probat quod plus causa petit, qui post alternativam stipulationem unam tantum rem petit, cum utramque petere debeat alternativè, & sic ferri sententia, ut etiam probat ipse Pichardus in §. curare 32. eodem titul. num. 6. & 27. Barbosa in Collectan. l. 1. Cod. de pluspetitione. & cap. 1. eodem titul. & vide Carlevalium de iudiciis, tom. 2. tit. 3. disp. 3. n. 49. Cancreriæ variar. 2. p. c. 6. num. 95.

Ad numerum 41. ibi: Item adde quod mortuo 42 debitor, &c.

In alternativis quod jus eligendi (de quo supra) transeat ad hæredes ut resolvit Gomezius, docent Burgos de Paz latè, probans in l. 1. Tauri, numer. 427. & sequentibus, ubi etiam quod ad successorem Judicis transit jus declarandi sententiam, de quo Gomezius in presenti, & Scaccia de re-judicata, gloss. 14. questio. 17. & Salgado infra, Molina de primogen. libr. 2. cap. 4. num. 62. Pinellus in l. 2. Cod. de bonis maternis, numer. 11.

Caldas de jure emphyteutico, quest. 7. Azevedus in l. 5. titul. 4. lib. 5. Recopilacionis, num. 16. alii relati à Carpio in tractatu de executoribus, & commissariis ultimarum voluntatum, lib. 2. cap. 19. numer. 14. Cuiacius lib. 18. quest. Paul. in leg. si stipulatus 76. Digest. de verborum obligat. ubi etiam Duarenus Flores in addition. ad Gamam decis. 18. Castillo lib. 5. controversiarum, cap. 87. & in lib. 6. cap. 183. D. Larrea decis. Granatens. 31. per totam, & quam plurimos referens, & optimè explicans Dominus Franciscus de Amaya in l. 60. titul. de Decurionibus, lib. 10. Codicis, ex num. 17. ubi bene distinguit, quod si facultas eligendi ad aliquem pertinet ex jure proprio quoad suam utilitatem, commodum, aut interesse, ratione rei relicte in testamento, vel stipulata, & electio debet fieri ex causa antecedenti, & præambula, tunc bene transit ad hæredes, si vero facultas eligendi fuit alicui concessa ratione arbitrii, ut ipse eligat aliquem qui succedat in majoratu, vel Capellania, & aliis, tunc non fiat transmissio in quo omnes supra citati conveniunt, & vide Salgadum de protectione, 4. parte, cap. 12. n. 6. 44. & quasi per totum.

Ad num. 42. ibi: Item adde quod in alternativa 43 remedium, &c.

In alternativa remedium electionem esse creditoris ut hic resolvitur, notum est in Jure, ita ut comprobatione non indigeat, & constat ex principio tit. 1. part. 3. & in l. 15. ejusdem tituli, & docent Suarez de Paz in practi. 1. tom. 2. part. ex num. 2. & in 2. tom. 2. parte, unico, num. 10. & sequentibus, ubi an possit alterum remedium intentare, si per intentatum non sit sibi consultum; de quo etiam latè Tuschus litera E. conclusionem 103. & duobus sequentibus, ubi quoque agit, quando eligens unam actionem alteri renuntiare videatur? & in specie de hac electione in alternativa remedium, latè Gratianus discept. cap. 338. ex n. 5. Scaccias de commerciis, §. 2. gloss. 5. ex num. 305.

Ibi: Ex quo inferitur, &c.

Quod debitor promittens solvere intra certum terminum vel dare fil. jussorem vel pignora, adveniente termino possit præcisè compelli solvere debitum, resolvit Gomezius cum communi; & ita etiam cum Stracha, & aliis docet Tuschus lit. E. conclusionem 102. ex num. 14. ubi ait hoc ita procedere, quia dicta promissio sic facta videtur in favorem creditoris, quasi tendat ad majorem cautionem ipsius, Scaccias de commerciis, §. 2. gloss. 5. num. 305. & Guzman. in tractatu de evulsionibus, questione 22. num. 31. ubi idem tenet Gratian. discept. cap. 338. numer. 6. ubi de obligatione solvendi vel præstanti debitorum in carcere, & Salgado in labyrintho creditor. parte 2. cap. 29. ex num. 37. ubi etiam de condemnato solvere triticum vel ejus ultimatiorem, quod tunc creditoris sit electio; D. Larrea decis. Granat. 74. n. 29.

Ad num. 43. ibi: Item adde quod prædicta 45 procedunt, &c.

In ultimis voluntatibus electionem esse legatarii in alternativis, resolvit Gomezius, & docent, & explicant omnes Doctores relati num. 40. ubi Joannes Gratianus in regul. 161. comprobatur expressè resolutionem Gomezii, nempe quod electio pertinet ad hæredem quando verba ad illum diriguntur, non si simpliciter profertur, quod etiam affirmant reliqui ibi citati, & Tuschus litera E. conclus. 01. num. 26. Mantica de consuet. ultim. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 27. qui aliquantulum

aliquantulum discrepat, de quo etiam diximus tom. 1. cap. 12.

Ad numerum 44. ibi: Quidam est contractus 46 annuus, &c.

Contractus annuus vel promissio annua, in quo differat à legato annuo, ut latè explicat, & distinguit Gomezius in presenti, docent Mantica de Tacitis conventionibus, lib. 14. tit. 13. numer. 13. ubi quod stipulatio annua transit ad hæredes, cum in se fit pura, & perpetua præterquam si causam habeat expressam quæ hæredibus stipulatoris non convenit, tunc enim non transit ad hæredem; veluti si quis decem annua promiserit alicui Doctori ut ejus causas ageret, vel Medico ut ejus infirmos curaret, & in titul. 40. eodem lib. ex num. 35. ubi bene explicat, declarat, & limitat, & num. 38. addit, quod si id quod à stipulatore impleri debet, coheret ejus personæ, tot sunt stipulationes quot anni ut in exemplis supra positis, Cuiacius in l. si Stichum 10. §. 1. ff. de verb. obligat. Covarruvias lib. 3. variarum, cap. 9. ad fin. Parlador. lib. 1. quotidian. cap. 1. §. 12. num. 1. Barbosa in collectan. cap. fin. de restitut. sp. lit. num. 9. Valdeus ad Suarez 2. in l. post rem, in declaratione l. Regni, limitatione 6. Rodriguez in tractatu de redditibus, lib. 2. quest. 15. ex num. 55. & optimè explicans, & argumentis contrariis satisfaciens Pichardus in §. ar. si ita stipuleris, l. 1. ff. de verb. obligat. ubi num. 6. explicat rationem differentie inter stipulationem annuam, & annuum legatum, cur illa sit una, & pura, hoc autem multiplex, & conditionale: & etiam agit de promissione quoad vivam, vel dum vivam: Menochius lib. 4. præsumpt. 132. num. 14. ubi de annuo legato, & Fularius de substitutionibus, questio. 242. n. 57. vide etiam Salgadum de protectione, 2. parte, c. 7. ex num. 135. post Cancreriæ variar. 3. parte, cap. 20. num. 36. ubi etiam explicat.

Ibi: Secundus effectus est, &c.

Quod ex contractu annuo una, & sola gabella debeat tempore contractus, & gabellario tunc temporis exsistenti, ut hic resolvitur, & sic esse observandam in constitutione census annui, docent Parladorus quotidianarum, cap. 3. §. 4. num. 38. A vendianus respons. 23. n. 1. & respons. 29. per totum. Valdeus in additionibus Suarez; sit. de Arris, num. 9. ubi laudat nostrum Gomezium, & plures referens Gironda in tractatu de Gabel. lib. 5. parte, §. unico, ex num. 1. quamvis ipse, & alii ab eo relati teneant, gabellam deberi tempore redemptionis census reservativi, & non tempore eo tractatus; prout etiam idem tenuit in eodem censu reservativo, Bolanus in Curia Philippica, tom. 2. cap. 14. verbo, Alcarava, num. 64. Sed indistinctè dicendum est, ex impositione census consignari, & etiam ex venditione prædii ad censum reservativum, itam gabellam deberi, & non tempore redemptionis, & hoc ex speciali constitutione Regia; vide etiam Sartiérrez in tract. de gabellis, quest. 54. l. 1.

46 Ad num. 45. ibi: Quartus effectus notabilis, & 47 quotidianus est, &c.

Per lapsum triginta annorum præscribi promissionem, vel præstationem annuam, tam pro primo anno, quam pro sequentibus, quamvis aliud sit in ultimis voluntatibus, ubi Pro primo tantum anno locum habet præscriptio, resolvit Gomezius in presenti, & ita docent plures relati à Cevallos questione 567. Rodriguez de redditibus, lib. 1. questione 17. num. 101. & 102. & lib. 2. questione 9. num. 64. & sequent. ubi etiam Anton. Gomez. Variarum Resol. Tom. II.

agit de tertio possidore, Parladorus quotidianarum, lib. 1. cap. 12. §. 12. num. 5. & seqq. Sed contrarium verius, imo quod indistinctè pro primo tantum anno intelligatur impleta præscriptio, non prosequentibus, & sic de singulis, ita docent Paz in practi. 1. tom. 4. parte, cap. 3. ex num. 15. Covarruvias lib. 3. variarum, cap. 7. num. 11. Tusch. lit. P. conclusionem 345. & id comprobatur latè Petrus Gregorius in synagoga lib. 40. cap. 5. num. 32. Gratianus disceptationum, tom. 2. cap. 399. n. 29. & Cevallos dicta questione 567. ubi tres opiniones refert, & Doctores qui eas sequuntur, cum vide, & Olualdum ad Donellum lib. 5. cap. finali, in notatis liter. L. & Carlevalium de iudiciis, lib. 1. titul. 3. disputatione 4. num. 20. ubi etiam plures refert, & declarat, & num. 18. & Salgadum supra, & Castillo de usufructu, cap. 67. num. 4. & 53. & Cancreriæ variarum, 1. parte, cap. 20. num. 58. & sequentibus. & D. Larream a legatione ff. c. 16. num. 20.

Ad num. 46. ibi: Tertio, & principaliter differunt, &c.

Promissionem, & obligationem annuam perpetuam esse, & ad hæredes transire, ut hic resolvitur, docent omnes Doctores relati supra num. 45. maxime Mantica, & Pichardus in §. ar. si ita stipulatur, de verborum obligationibus, ubi bene explicat rationem differentie in hoc inter contractus, & ultimas voluntates; & ibi num. 9. agit, quid si annuum aliquid alicui usque ad præfixitum diem relinquatur, an morte legatarii tale legatum finiat? eam omnino videas, & Larrea de Antiorvaris, lib. 1. cap. 3. ex num. 45. ubi quod Anniversarium per contractum relictum perpetuum judicari debet, cum antea dixisset perpetuum etiam esse, licet in ultima voluntate relinquatur, favore animæ, & non extingui prima vice, vide etiam Marienzum in dialogo 3. parte, cap. 18. num. 11. & Salgadum de protectione, 4. parte, c. 7. ex num. 135.

Ad numerum 45. ibi: Advertendum tamen est, 48 &c.

Promissionem annuam, & legatum annuum in hoc convenire, quod creditor utroque casu potest agere & petere, ut declaratur tale jus sibi competere, & debitorem condemnari etiam pro futuris annis, ut hic explicatur per Gomezium, docent communiter Doctores, & in specie laudans nostrum Gomezium Rodriguez de redditibus, libro 1. questione 17. num. 104. Gratianus disceptationum, cap. 151. ex numer. 55. Barbosa in collectanea, leg. 1. Codic. de pluspetitionibus, numer. 12. & cap. 1. eodem tit. n. 9. Pichardus in §. & si ita stipuleris, Infitur. de verborum obligationibus, ex numer. 6. ubi etiam agit de differentia inter promissionem annuam & legatum, & comprobatur resolutio Gomezii ex ea conclusione quam omnes constituunt, nempe quod si futura habent dependere etiam à præterito vel præsentis, recte judicium ad ea accommodatur, ut ait Cardinalis Tuschus lit. l. con. luf. 486. num. 12. Suarez a egatione 4. num. 4. ubi Valdeus plures refert, Morla in emporio, titul. 2. quest. 8. ex n. 9. Mo ina de primogeniti, lib. 3. cap. 14. per totum, Barbosa in leg. non potest videri ff. de iudiciis; & plures referens Pichardus in §. item is, Infitur. de obligationibus, quæ ex quasi maleficio nascuntur, ex n. 42. & vide omnino Salgadum in labyrintho creditorum, 1. parte, cap. 8. ubi num. 50 maxime laudat Gomezium hic.

Ad numerum 48. ibi: Item adde in materia, 49 &c.